

455
1523. a. 4. Februarii. Ex Tom. 1. Jacobi Philusii. Fol. 300.

Rex Sigismundus Duci Barensi
ad quasdam inscriptiones consentit.

120
Sigismundus Dei gratia Rex Poloniae.
Manifestum facimus per presentes unis
versis. Quia pro necessitudine et amore
mutuo, qui nobis est cum Illustrissima
Principe, Domina Isabella Mediolani et
Bari Duca matre, et Socru nostra chanissi-
ma, illi gratificari volentes, ut in vita
sua possit partim De servis suis, partim
etiam De religione et sacricolis bene me-
reri, et suorumque salutem consulere
tenore presentium consentimus, ut, quando-
cumque illi libuerit, possit inter servos, et
ad pia opera, quemadmodum illi meli-
us videbitur, Decem millia aureorum in
auro et proventibus annuis Ducatus Di-
stribuere, vel ad Distribuendum inscribere
seu obligare. Promittimusque verbo nostro
regio pro nobis, et illustrissimo filio no-
stro Sigismundo, nos eandem Distributio-
nem seu obligationem per ejus illustrita-
tem factam, firmam et ratam habituros.
In cujus rei testimonium sigillum no-
strum presentibus est impressum. Da-
tum Cracovia Die 4. Februarii Anno
Domini MDXXIII. Regni vero nostri
XVII. Sigismundus Rex Significat.

1523

1524

1525

1526

1527

1528

1529

1530

1531

1532

1533

1534

1523